



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Christomachia Calvinistica, Et Sacramentariorvm Omnivm Vere Sathanica

Lindt, Willem van der

Coloniae, 1584

VD16 L 1925

II. Catalogus Sacramentariorum & Caluinistarum: Cui tabella est attexta, vnde liqueat curnam plurimi Lutheranorum in diabolica Caluinistarum deferturiunt castra: quibus nunc passim in dies magis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30267**

CATALOGVS SACRA-  
 MENTARIORVM, LVI  
*nunc passim Calvinista  
 dicuntur.*

Famosissima nunc temporis in-  
 faustiff. Sacramentariorum fa-  
 ctio ab Andrea Carolstadio Archidi-  
 acono Vvittenbergenfi originem du-  
 cit, quod is, teste Melanchthone, pri-  
 mum disputarit, non esse præsens in  
 cœna corpus Domini, primumque  
 de Eucharistia excitauit tumultum,  
 anno XXIII. verba Christi in hunc  
 detorquens sensum: Corpus meum  
 quod pro vobis datur, est hoc, quod  
 hic assidet mensæ. Verùm cum insul-  
 sa eius interpretatio verborum cœ-  
 næ Domini, non placeret discipulo  
 Hulrico Zuinglio Canonico Cōstan-  
 tiensi, nouam sectabatur sententiam  
 de Eucharistia, quam sese in Battau  
 cuiusdam Epistola, teste Heshusio, re-  
 accipiendum didicit, quod prodigio-  
 sum commentum exemplis è scriptu-  
 ra

ra petitis, cum nec sibi, nec auditoribus persuadere posset, narrat sibi in somno visum, adesse monitorem (ater fuerit an albus, inquit in subsidio de Eucharistia, nihil memini) qui diceret: Quin ignaue respondes, quod scribitur Exod. 12. Est enim phase, hoc est transitus. Ita Tilmannus Heshusius contra Calvinum & Bezam, huic errori & alios adiunxit plurimos, quibus Catholicam turbavit Ecclesiam, vti de peccato Originali, quod sit tantum naturæ morbus, non peccatum.

Rursus Christi gratiam cum Pelagio aboliturus, hominem posse solis naturalibus virtutibus & meritis vitam æternam impetrare, vt Cato & Scipio, quos saluatos docet libro contra Vrbanum Regium. Sic Nestorij errorem reuocaturus, volebat legendum esse Ioan. 1. Verbum caro est facta, non factum, vti Lutherus ait libro de concilijs. Hic tanta audacia in magistrum suum Lutherum insurrexit, vt ipsum hæreticū scriberet, quod sententiæ suæ de Eucharistia repugna-

B

ret:

ret: Contrà Luthetus Zvuinglium cum suis habet hæreticum. Vnde acerbissimum inter ipsos, suosque vtrinque sectatores natum est bellum, quod etsi ter, quater conati sint Syncretismo quodam componere, vt acrius Catholicam Christi oppugnant Ecclesiam: tamen semper magis recruduit, vt liquet ex maledicis scriptis Caluini & Vvestphali, Bezæ & Heshufij, Lutheri & Zvuinglij, cui sua confessione suppetias veniunt Tigurini, illius maledicta retundentes acerrimè.

Cæterùm hæc Sacramentariorum doctrina tam fuit, vel à sui exordio variè dissecta, vt intra biennium in sex aut septem sectas fuerit dissipata, inquit Lutherus sermone super Sacramento Haganoræ, anno vigesimo-septimo. Imò infinita penè est hac in parte, aiunt Bremens. Concionatores apud Vvestphalum, Confessione de S. Eucharistia, opinionum varietas apud eos. Vnde fit, vt varia etiam  
forti-

fortiantur nomina. Istorum quidam sunt dicti Oecolampadiani, à Ioanne Oecolampio Brigittano Apostata, qui vt suum nomen varijs de Græco translationibus audacia planè sacrilega mutilatis & corruptis contaminauit: ita eum à magistris suis inter se discordibus dissentientem, alij Sacramentariorum duces facile obscurarunt, tametsi affectatæ tyrannidis Erasmus Roterodamum, vt & Zvinglium accusarit epist. ad Goclenium.

Sanè qui illum Basileæ nouerunt, testes sint, quantum imperij in magistratum sibi vsurparit, qui eius nutibus non parebat; mox ordine mouebatur: qui eius auaritiam odisset, quod domum domui, agrum agro copularet, non impune ferebat. Eius metaphoram siue tropum, quo corpus Domini esse voluit pro figura & signo corporis, dudum explosam, nunc Petrus Martyr recoquere

molitur, à quo sunt Martyriani, quod Deum negant facere potuisse, vt vnum corpus sit in pluribus locis. Sic Dialogo contra Brentium sui magistri blasphemiam vincit. Idem P. Martyr, cum alij Zuingliani Christum ad discipulos octaua Paschæ ingredientem inducant per rimam, Calvinus verò integras fores illi aperuisset, ne videlicet pressuram vllam tenellum Christi corp⁹ patiat, hic nouus Antichristi Martyr per fenestram introducit, vt verum sit quod habet Euangelium, Christum clausis ostijs ad suos ingressum.

Bucerani, à Martino Bucero quondam Dominicano, habent nomen, quiq̃ postea in Lutheri sectam iurauit, licet ne huic perstiterit fidus, facilè ab alijs fuit gloriæ studio superatus. Tanta autem fuisse in Euangelio isto inconstantia illum. scribit R. D. Stephanus Vvinton, vt hominem appellet plagosum, quod insigniores sectas sectatus, vndique vapulauit. Nam initio vbi Lutheri doctrinam reieccisset, sese ad iurati hostis Zuinglij

glij castra proripuit: vnde & in Mar-  
 purgenſi diſputatione contra Luthe-  
 rum pro illis dimicabat: ſicut & Au-  
 guſtæ ſubſcribere noluit confeſſioni  
 Principum proteſtantium Luthera-  
 norum, ſed Argentinenſi: mox muta-  
 ta velificatione, vbi Zuinglius inter  
 arma paricidalia à ſe concitata, cor-  
 ruiffet, trucidatus, iterum Luthero  
 ſeſe cõiungere ſtudit, à quo pridem  
 falſi, & ſi publicè notatus fuerat, nun-  
 quam tamen ſe purgavit legitimè.  
 Deinde cum Vvicelio iam ad Catho-  
 licam Eccleſiam reuerſo, nouam con-  
 tra Lutherum meditabatur pacis &  
 concordiaẽ formulam. Etsi autem tã  
 eſſet varius, nunquam tamen ſibi, dũ  
 eſſet Sacramentarius, placuiſſe ſcri-  
 bit, Eſt, pro Significat: & corpus pro  
 ſigno corporis: hoc eſt, nunquam ſi-  
 bi probatum, aut Zuinglij, aut Oeco-  
 lampadij inuentum, ſed ſui ingenij,  
 quo erat ſanè non omnium infelicif-  
 ſimo. Vt autem ſuis in erroribus erat  
 inconfans, ita illius ſententiã inuen-  
 torem videtur Michael Dillerus feciſ-  
 ſe, quod qui fidem tantum habent hi

toricam, in coena nihil quam signum corporis accipiat. Alberus scribit, Bucerum sic esse verba Domini interpretatum, hoc est Protestatio, & memoriale beneficiorum DEI. Sanè ut in Christianismo fuit inconstantissimus, ita in paterno Iudaismo constantissimus. Præter usuras enim defensas licitas, etiam Christi aduentum sub morte narrant oculati testes reuocasse indubium.

Farellistæ, à Vvilhel. Farello nuncupantur, qui Geneuam cum vicinia sua infecit toxico, hunc adeò seditiosum metuebant Basiliens. ut cum bis Monte Pellicardi profugisset, eum in exilium abire iusserint. Hic præter Sacramenta risum etiam Samosate renouauit hæresim, Spiritum sanctum affirmans motum in rebus creatum. Ita in summa Gallicana scripturæ, teste Petro Carolo epistola ad Cardinalem Lotharingum. Verum captata per illum gloria, facile per discipulos Calvinum, Seruetum, Vire-



Viretum, aliosque illustres Antichristi martyres disparuit.

Caluinistę à Ioanne Caluino Picardo Nouiodunensi, nunc famosissime celebrantur per Gallias, quem à patria sua ob vitę improbitatem exulare scribit Antonius Demochares, de Missę sacrificio, capite secundo. Eundem nouerunt nostri, inquit Ioan. Vacquerius libro de Tentationibus, inter dissolutos suę vrbs viros dissolutissimum, inter inconstantes & foedifragos inconstantissimum. Hic igitur Gallicani ingenij fastu, vanęque eloquentię cothurno, ac doctrinę suę opinione tumidus, primum Basileę delitescens, tum Argentorati exulans, ac profugorum ibidem factus concionator, post Geneuensis Ecclesię arrepta, contra Dei legem pulso Vicecomite & Episcopo, gubernatione, non modo Sabaudiam, sed totam adeo Galliam suis infecit, euertit, perdidit blasphemijs, præter nouũ suę cęnę figmentũ, quo Christũ, licet absentẽ, imaginatur sua tantũ vi & efficacia

praesentem, per Metonymiam. In quo neque suo cum patre Farello, aut Oecolampadio, neq; suo cum auo Zuin-  
glio conuenit: quorum vtrunque re-  
prehendit, quod coenam Domini nõ  
rectè tractarint, vnde & in culpa esse  
ait, quod magna animorũ offensio-  
ne Tigurini accipiunt, tanquam in  
suum Apostolum vehementer iniu-  
rium: sed ijs palinodia est reconcilia-  
tus. Alios quoque errores ab orco re-  
uocat, quos explorimis annotauit de  
cem Heshusius, libr. de Eucharistia,  
quod animo & factis declarat, baptis-  
mum pueris non esse necessarium.  
Narrat enim noluisse Calvinum, pue-  
rum imbecillum, ac in templum dela-  
tum baptizare, sed vt postridie repor-  
taretur mandasse, qui interea est mor-  
tuus. Rursus quod testimonia ex Ge-  
nesi pro sacrosãcta Trinitate, & Chri-  
sti diuinitate à Catholicis adducta, ve-  
lut Rabinorum patronum agens ex-  
tenuat. Cæterum quid senserit de Tri-  
nitate, in synodo Lausanensi declara-  
uit, vbi teste P. Carolo, qui interfuit  
disputator, profitebatur se symbolo  
Atha.

Athanasij nec credere, nec discredere, donec ad scripturarū gnomē (sic enim græcissabat) illud examinasset: imò illum verum, alia est persona patris, alia filij, reiciebat, cò quod Græcè est hypostasis, quæ personam (inquirebat) non significat. Certè Christum Deum esse ex substantia patris, ante secula genitum, nunquam extorqueri potuit, vt Calvinus confiteretur, sed quatenus deus est Christus, à seipso esse affirmabat. Quod an non reuerà Christum patris filium esse neget, ipse viderit. Sed de his infra dicitur aptiùs in renouatis per Euangelicos priscis dānatissimorū hæreticorū opinionibus. Inter alias porrò blasphemias Calvinus, vt hominem cum Manichæis facit brutum, quia non liberi arbitrij: Ita Deum quoque docet impiorum scelera non tantum permittere, sed operari etiam efficaciter. Rursus Adæ peccatum occulto Dei decreto fuisse ordinatū, imò diabolū Dei mandato esse mendacem. Itaque Deum esse nō tantum malorum, sed peccati quoque authorem. Hæc Cal-

uini verbis blasphema recitat Heshu-  
 sius in erroribus Caluini, sub finem  
 suæ confessionis de Sancta Euchari-  
 stia. Vbi inter cæteros priscorum hæ-  
 reticorum renouatos errores obser-  
 uandum est, Caluinum docere, Deū  
 peccati authorem, quod libr. contra  
 Libertinos, sui oblitus, affirmat à Si-  
 mone Mago sumpsisse originem.  
 Porrò Caluini nomen nonnihil su-  
 perioribus diebus obscurare cœpe-  
 rant, qui per Galliam vocantur Hu-  
 gonistæ, incertum an ab Hugone quo-  
 dam ludimagistello Parisiensi. an  
 ab Hugone illo Capeto ex Comite  
 Parisien. Francorum Rege, vti Calui-  
 nistæ per Galliam seditiosi libellis in  
 vulgus sparsis suo tumultui pijs Eccle-  
 siæ Catholicæ filijs tantum non exiti-  
 um minitanti, adeoque intentanti  
 prætexebant, quo Catholicis Princi-  
 pibus Guisianis, alijsque aulæ guber-  
 natoribus inuidiam conflarent.

Cæterùm Caluinistæ nunc passim  
 noui vocitantur Sacramētarij, quod  
 vti ait Confessio Mansfeldens. noua  
 quadam strophæ Sacramenti verita-  
 tem

tatem eludere conantur, verbis enim præsentiam corporis & sanguinis Christi confirmant, sed re ipsa negant. Veterum enim Sacramentariorum, id est Zuinglij atque Oecolampadij dogma rejiciunt, qui ociosum atque vacuum, externumque signum dicebant esse Sacramentum Altaris: sed isti nunc cum Lutheranis simulant se consentire. Confitentur enim, ait Confessio Mansfelden. quod verum corpus & verus sanguis Christi in cœna verè & substantialiter adsit, sed tamen figuratè & spiritualiter, & Sacramentaliter, ita vt corpus Christi semper maneat in cœlo. Dicunt enim corpus non posse esse simul pluribus in locis. Calvinistarum aut noua aliquot emergunt genera, quorum primas facilè ferunt Bezani, à Theodoro Beza Legum Licentiato nominati, qui ob flagitia, amores illicitos, & supplicio dignos concubitus, adeoq; adulteria, & infandas libidines, suis eam, inquit Heshufius, Sathanicis Epigrammatis Martialis, & Catulli

li

li spurcitas superantibus in prostibulo decantatas, cum magis suppliciorum metu, quàm religionis amore aufugerit ex Gallia, Loffanna etiam pulsus, se Christi martyrem iactat. Certè beneficia illa opima, quib<sup>9</sup> Parisijs ad septingentos amplius coronatos annuos impinguatus luxuriabatur, ac in vitam varijs libidinum cloacis diffluebat dissolutissimam se Simoniacè vendidisse, tantum non disertè profitetur, Præfat. in suam cōfessionem.

Hic vir Religiosus, cum Caluino linguam vendidisset, aduersarijs congressus, vbi eius mysteria non posset defendere, in eam prorupit blasphemiam, vt Deū neget omnipotētem. Disertè enim scribit, teste Heshusio, Deum non posse efficere, vt corpus aliquod manente substantia, sit absq; loco, vel in pluribus locis. Illud enim angeli axioma, apud Deum nihil esse impossibile, non sine exceptione accipiendum esse, quòd factum fieri nequeat infectum, vt bis tria nō sint sex. O argutos Philosophos, qui Dei opt.  
Max.

Max. maiestatem ad suæ Physicæ vix præ insano poetarum, & bonarum literarum studio degustatę regulas nõ erubescunt reuocare.

An huic nouo Theodoro nouam quoque diabolus debeat Atheorum coloniam, infrà de Epicuræis dicitur aptius. negat & pro reprobis esse orandum, nulla peccata esse reprobis venialia, nulla electis mortalia. Cõmentar. in 1. Ioan. 1.

Inter Caluinistas Heshusius recitat esse, qui doceant Christum non esse pro omnibus, aut omnium peccatis crucifixum & mortuum, sed tantum pro fidelibus & pijs: huius erroris insinulat Boquinum, Pincierum & Clebitium defensione contra Calvinũ: volunt enim corpus Christi in coena tantum ab ijs manducari, pro quibus aiunt mortuum. Itaque & malos, & impios ab vtroque Christi excludunt beneficio.

Alij sunt inter Caluini discipulos, qui cum Marcione carnis negant resurrectionem. Scribunt enim, ait Heshusius, ministrum quendam Calu-  
nianæ

nianæ factionis hanc suæ Sacramentaria doctrinæ attulisse causam, ab esu diuinæ carnis arceri corpora, quod spes æternæ vitæ animas, non corpora spectarent.

Hanc certè blasphemiam testatur Nicolaus Villagagno, eques Rhodius, Petrum Richerum Carmelitanū in Francia Antartica, quo se cum alijs Apostatis receperat, scriptis euomuisse.

Hi & modo carnis Christi, quam in Eucharistia se accipere fingunt, à Caluino dissentiunt. Negāt enim materialis carnis communionem in animas Spiritus irradiatione immitti posse, vnde & Caluini illam Solis similitudinem rident: realem tamen, non corporalem Christi substantiam in animas docent permeare. Esse autem hanc substantiam inuisibilem in staridæarum Platoniarum, vt qui manducare se credat, & cogitet, manducet.

Alij transubstantiationem quandam admittunt, sed hac lege, vt ad panis



nis substantiã addatur corporis Christi substantia, quibus trans significat præter, qui ad Lutheranismum videntur transfugere.

Alij transubstantiationem negant admittentes transconditiatiõnem, vti monstrosè loquuntur.

Alij negant, villo modo edi substantiam corporis Christi, sed merum panem, qui veterem instaurant Zuinglianismum, quem damnarat Calvinus lib. de coena.

Alij concedunt corpus & animam nutriri corpore Domini, non quod verè manducetur, sed hoc fieri imputatione per fidem, atq; eo modo coenam aliud nihil esse, quàm memoriale.

Alij manducationem non esse necessariam, sed fidem, quod manducare nihil aliud sit, quàm credere.

Alij cum spiritu nos, & vi carnis, non cum ipsa carne participare aiūt.

Sunt & inter Calvinistas, qui publicas respuunt preces: qui occluso ostio se orare dicunt in occulto.

Om-

Omnes ferè isti Christum adorare debere negāt, sed per hunc esse ad eundē patrem, ideoque carni Christi negant diuinitatē, duas in eo naturas distinctas constituentes. Vnde & Richerus Christum affirmat, non in natura humana, sed in Deo patre adorandum: Nec Christum viuos & mortuos iudicaturum, sed Deum patrem in filij persona ad iudicium appariturū.

Alij sunt, qui Caluini de prædestinatione doctrinam abominantur, quod visa sit è Turcarum, & Manichæorum schola profluxisse, cum asserat, Iudam non potuisse Christum non prodere, atq; in eam rem fuisse prædestinatum.

Ex eadem Caluini schola, varię prodierunt impiorum sectæ, quæ sanctam oppugnarunt Trinitatem. Tales complures habuit Ecclesia Italica Geneuæ, quorum duces facit Libellus Geneuæ æditus, de actis & impietate Valentini Gentilis, Ioannem Paulum, Alciatum, Gribaldum, cuius histrionem ait esse Valentinum illum.

Valen-

Valentinistæ igitur à Ioanne Valē-  
tino Gentili Neapolitano Pedagogo  
qui ter quater periurus apostata, ait;  
ille libellus Geneuensium, falli docet  
eos, qui in vna Dei essentia tres perso-  
nas statuunt. Comminiscitur enim  
essentiam Dei in solo patre. Itaque il-  
lum prædicat solum esse verum De-  
um: filio deinde concedit Dei nomē,  
sed quasi precarium, quia sit essentia-  
tus à Patre, quem essentiatorem fin-  
git atque *αυτόθεον*, D. Athanasij sym-  
bolum vocat sophisticū, quod quar-  
tum Deum inducat, cui & triperso-  
natum Deum exprobrat, eum appel-  
lans præstigiatorum, a deo que sacrile-  
gum, quod soluat Christum. Patrem  
ergo solum dicit esse *αυτόθεον*, id est, à  
nullo superiore numine essentiatum  
sed à seipso Deum: qui verò dicit fili-  
um *αυτόθεον*, is duo asserit principia. In-  
summa, filium Dei docet impius, à pa-  
tre differre numero substantiali, hoc  
est substantialiter alium à patre. Un-  
de duas facit esse substantias, sed fili-  
um non habere *αυθισίαν*, vti pater.

Ita per prophanas vocum nouita-

C

tes

tes & falsò nominatæ scientiæ oppositiones, impij isti suam produnt spiritum, quo transuersum acti, in suis consistere nequeunt, vel errorib. constantes. Seruetiani, à Michaelè Serueto Hispano, quondam Caluini atque Farelli collega.

Hic nondum annos natus 25. se iactabat vnicum orbis totius Prophetam, teste Caluino in eius actis. In Aphricam profectus, Alcoranum cum didicisset, libros scripsit, qui Ecclesiæ doctrinam in Mahumetismum transformant (inquit Palladius) Deum esse vnicam personam. Negat in Christo ex virgine nato, duas esse naturas.

De peccato & iustificatione tantum loquitur, vt Philosophi & Pharisei.

Spiritum sanctum quoq; negat esse tertiam personam, ait Erasmus Alberus.

Porrò Caluinus cum ministris Geneuensibus, quando eum igni cremandum (licet supplex gladium flagigaret,

ret, ac misericordiam, teste Caluino, ingenti precaretur boatu) tradebant propositiones impias 38. & in Deum blasphemias collegerunt. Confessio quoque Mansfelden. eius errores refutat, quos hic commemorare non est locus, nisi quod puerorum baptisma docet plusquam Mahumeticè, imò diabolicè, esse detestadam abominationem, regni Christi conculcationem, Spiritus sancti extinctionem, ac Christi denique abnegationem. Vult tamen anno demum xxx. Baptismum esse dandum.

Ioannes à Lasco plus suis priscis imaginibus à se turpiter defœdatis, quam doctrina nobilis, suam quoque ducit cohortem, qui ne suis Magistris ingenio cedere videatur, præter alias duodecim, nouam etiam verborum cœnæ Domini fingit expositionem. Hoc inquit, id est, non panis, sed tota hæc cœnæ actio, est corpus meum. Erasmus Alberus ait hunc duodecim modis verba cœnæ detorquere, Baptismumque planè reijcere: qui & affirmet Baptismum esse in idololatriam

conuersum. Is cum Baro esset Polonicus, Superintendentem egit Ecclesiæ peregrinorum in Anglia.

Campanistas vocat confessio Mäsfelden. à Ioan. Campano, qui aliam adfert verborum cœnæ Domini expositionem, quam Carolstadiani, Zuingliani, Oecolampadiani, Svüëfeldiani, aut Caluinistæ. Verum eius commentum ob intolerabilem opinor blasphemiam non recitat. Inter alias eius abominatiões, ac ridiculos suæ vocationis ad Prophetiçũ officium Enthusiasmos, peruersissimam de filio Dei, & Spiritu sancto, quem personam negat distinctam, pertinacissimè tenet atque tuctur sententiam. Is iam annos plurimos resipiscentiæ spe in Cliuia detinetur frustra captius, cum persæpè suis delirijs illusus prophetarit sese certos post dies carcere liberatum iri, quod nisi fieret, sanctè pollicebatur suarum opinionũ, detestationem atq; palinodiam.

*VARIÆ ATQVE DISSIDENTES* hostium Ecclesie Catholice, doctrinas demonum, teste D. Paulo, sequentium sententia, de illis diuinis verbis Domini: Hoc est corpus meum, sequenti exponitur tabella: de quibus Catholici, ut & de ceteris fidei Christiana dogmatibus, semper eadem de eisdem docemus: A quibus dum quidam arrogancia, mentisq; tumida fastu, & elatione dissentire audent, incidunt, pro dolor! in laqueos diaboli, ut diabolicis sese deuoeant Sacramentarijs, cum primis Christomachis.

1. Hic est corpus meum. Quia Hæbræi carent neutro genere, Luther. in Capt. Babylo. Bremenses notantur à Caluino in vltima admonit. contra Vvestph. & in Epitom. colloq. Mulbrunen.

2. Hoc est sanguis meus, Beza in annot. in nouum Testa.

3. Hic, siue in hoc loco est corpus meum, Biblia Gallica Geneuæ, & notantur ab Heydelbergensibus in conform.

4. In hac actione, non tamen in pane est, & exhibetur corpus meum. Bucerus in suis retractationibus Heidelberg. in Conform. Calvinus loci citatis in examine doctrinae eius, de coena Domini.

5. Haec actio est meum corpus, id est societas, siue communionis sacramentum in corpore meo. Ioannes à Lasco in tractatu de Sacramentis.

6. Corpus meum est hoc, nēpè panis. Suencfeldius citante Heshusio, & Petrus Martyr in magno volumine.

7. Corpus meum est hoc, id est, cib⁹ spiritalis, vt Ioan. 6. dicitur. Caro mea verè est cibus, Ioan. Langus Silesius; in comment. ad Apolog. 2. Iustin.

8. Hic est panis propriè, ac sine figura est corpus meum. Luther. de captiuitate Babylonica, Heshusius & Brentius, vt notatur in iudicio Melanthon. de coena.

9. Hic meus est panis. Anabaptistae, citante Vvestphalo, libro recta fides de coena.

10. In, cum, sub pane est corpus meum, vt pillula in ouo. Brentius cum Sueui.



Sueuicis ministris in syntagmate contra Oecolampadium.

11. Cum pane est corpus meum, vt, cum, non sit præpositio, sed aduerbium temporis, & significet corpus capi, quãdo capitur panis, Vvilhelmus Clebicius libro de cœna, & Brandenburgens. vt habetur in disputatione Heydelbergensi habita, anno 1560.

12. Est in pane, vel cum pane corpus meum, vt non intelligatur locus aut tempus, sed externũ cœnæ subiectũ, remotum à Christi corpore, quod in illo, vel cum illo edi dicitur, non tanquam in illo existens, sed tanquam obiectum cœnæ, actionibus circa panem exercitis, Iohannes Matthæus Smalcalden. lib. de cœna.

13. Circa panem est corpus meum, vt aer circumfusus, Svuenfeldius de duplici statu Christi, notatur à Luthe- ro in confessione Eucharistiæ.

14. Hoc est corpus meum, in panis vsu, seu quamdiu sumitur panis, in eo est corpus meũ, Lutherani & Bucera- ni in colloquio Vvittembergensi, & in concordia anni 1536.

C 4

Hoc

15. Hoc est corpus meum, speciali modo existens in pane ad edendum, cum alias vbiq; sit. Brentiani in dispensatione contra Bullingerum, & alios, de omni presentia corporis Christi.

16. Verbis menti demonstratur corpus, sicut panis digito sensibus, vt propria & non figurata sit locutio, & tantum demonstratur corpus. Matthias Illyricus ex Bucero, libr. de fidei admonitione.

17. Proferendo panem, dico me proferre corpus meum, contentum in eo sine vlla figura, sicut proferendo bursam, dico hoc esse argentum. Vvittemberg. in colloq. Mulbrunens. & Matthias Illyr. in demonstrat.

18. Tantum demonstro corpus meum, neq; significo panem esse corpus, aut factum esse corpus meum, Vvittenbrg. in colloq. Mulbrunen & Matthias Illyr. in Append.

19. In Eucharistia duabus rebus posita seorsum vna demonstratur, vt in ferro ignito dici potest separatim, hic est ignis, & hoc est ferrum, sine figurata

rata locutione.

20. Hic cibus pane & corpore constans est corpus meum, ut sit propositio sacramentalis, & duas res simul coniunctas demonstrat: Matthias Illyr. in Append. Valentinus Eritæus in tabulis confessionis Augustanæ.

21. Hic panis est corpus meum, ut non sit propositio naturalis, & secundum proprietatem Logicam, sed supernaturalis & familiaris scripturæ, quando vult significare res diuersas inter se verè coniunctas, Martinus Kemnicius in repetitione de cœna, & in examin. par. 2. contra Conc. Tridentinum.

22. Hoc est corpus meum, non absolute, & in actu primo, sed in actu secundo, & in operatione, & energia. Sceckius in Respons. de duabus naturis in Christo.

23. Hoc est corpus meum, non in proprio subiecto, nec in panis subiecto & materia, sed in obiecto cœnæ, & actionum eius: Ioannes Matthæus Smalcaldensis lib. de cœna, Syvenckfeldius citante Heshusio.

C 5

Cor.

24. Corpus hoc est meum, vt dixit, destruite templum hoc, quasi demonstret, corpus suum in naturali statu & subiecto, Pontanus in Francia Antractica, citante Villagagone in libro de Eucharistia.

25. Corpus meum est hoc, quatenus mensæ accumbit. Carolstad. in Dialog. de Eucharistia.

26. Hoc significat corpus meum. Zuingl. in subsidio Eucharistiæ, & alibi, & Beza contra Vvestphalum.

27. Hęc est mea humana natura. Zuinglius in expositione rei Eucharistiæ.

28. Hęc est diuinitas quę viuificat. Zuinglius eadem expositione.

29. Hęc est mors & passio mea. Zuinglius de institut. coenæ.

30. Hoc est fidei corpus, seu fides de me. Zuinglius libro 2. de institutione coenæ.

31. Hęc est commemoratio corporis mei. Zuinglius in responsione ad confessionem Lutheri, Oecolampadius ad Theobaldum Bellicanum.

32. Hoc est symbolicum corpus, seu figura veri corporis. Zuinglius in præfatio.

fatione ad Regem Gallorum, & Principes Germaniæ, Oecolampadius de dignitate Eucharistiæ. Petrus Martyr in tractatu de Eucharistia, Calvinus in consensu cum Tigurinis.

33. Hæc est tessera societatis Christianæ, Zuinglius citante Bucero in epistola ad Episcopum Erphordienf. & Heydelbergensem, in Conformit. cœnæ.

34. Hoc est corpus meum, quatenus pro vobis datur, Zuinglius in quadã epistola, & Oecolampadius ad Theobaldum Bellicanum.

35. Hoc est signum quod admonet vos, quomodo corpus Christi pro vobis traditum vos viuificet, Oecolampadius de dignitate Eucharistiæ.

36. Hoc est symbolum, quod testatur vos ab vno eodemq; corpore esse redemptos. Oecolampadius ad Ecclesiastas in Sueuia.

37. Hæc est protestatio & *μνημόσυνον* meorum beneficiorum, Bucerus in Apologia de doctrina Cœnæ Dominicæ.

38. Hoc

38 Hoc est corpus meum, quod do vobis edendum animo, sicut panem ore, Petrus Martyr de tractu in Eucharistia, Bucerus in ca. 26. Matthæi.

39. Hoc est corpus meum panem. Campanus à Luthero notatus in Cōfessione de Eucharistia, & à Marcione sumpserat.

40. Hoc est symbolum sacrum gratiæ & redemptionis meæ, quod post me vobis relinquitur, Bulling. in cap. 10. prim. ad Corinth.

41. Hoc est testimonium & obfignatio corporis pro vobis traditi. Bullingerus in tractatu de Ecclesiæ sacramentis.

42. Hoc est mysticum corpus meū, seu Ecclesia sanctorum redēpta meo corpore, Bulling. in tract. de Ecclesiæ Sacramentis, Calvinus in cap. 5. ad Ephes.

43. Hoc sacramēto significatur passio & mors mea, ac communio cum omnibus sanctis. Bulling. in tract. de Ecclesiæ sacramentis.

44. Hæc cœna est tessera & arrabo corporis mei, Stancarus in Polonia & Tran-

& Trāsyvania, & notat Staphylus de Lutheranorum concordia.

45. Hoc est verbum meum, cui credatis. Ministri Antvuerpien. in libello de ruina Rom. Ecclesiæ.

46. Hic panis est tessera nuda communitatis, & nudum testimonium participati corporis, Svencfeldius, vt citant Heydelbergen. in Conform. coenæ.

47. Hic panis est signum efficax corporis mei, & participationis in eo, Calvinistæ & Heydelbergen. in Conform.

48. Hoc admonet vos de corpore Christi edendo per fidem Silesiorum confess. citata à Luthero, in magna confessione de Eucharistia.

49. Hic festus dies, ceu ceremonia ista, est commemoratio seu gratiarū actio pro corpore meo passo. Urbanus Regius, in Epistola Zuuinglij ad ipsum.

50. Accipite, edite quod pro vobis datur, est corpus meū. Notatur à Luthero in confess. de Eucharistia, Calvinus in 2. defens. contra Vvestphalū.

51. Hoc

51. Hoc est corpus meū in diuinitatem transformatum, Svuencfeldius de duplici statu Christi, notante Luthero de confess. Eucharist. & Staphylus de Lutheranorum concordia. De eodem notatur Seruetus à Beza.

52. Hæc est societas vobis gratuito delata, ius & vsus illius in meo corpore. Ioannes à Lasco in tracta. de Ecclesiæ Sacramentis.

53. Hæc est communio in meo corpore, non iuxta substantiam suam naturalem, sed iuxta meritum passionis meæ, & mortis, ac gloriam admirandæ resurrectionis, Ioan. à Lasco apud Melanchthonem in iudicio de cœna domini.

54. Hæc est qualitas meī corporis vobis delata, à quibus substantiam accepi. Idem Ioan. à Lasco in tractat. de Ecclesiæ Sacramentis.

55. Hæc est cœnæ instituta forma ceremonia, ipsaque extrema actio. Ibidem.

56. Hæc est visibilis extremæ meæ voluntatis contestatio. Ibidem.

57. Hæc



57. Hæc tota coenæ actio symbolū est, non tantum corporis & sanguinis, sed mortis & effusionis, quæ facta est pro vobis. Viretus lib. 7. de Sacramentis, cap. 9.

58. Hoc est corpus meum, si fides adfit hypothetici nominati, ab Vnicornio in iudicium Melanch. de coena.

59. Hæc est participatio corporis mei, si fides adfit, sin minus, oblatio quæ recusatur ab indignis, passim Calvinus & Calvinistæ.

60. Hoc est testimonium in corpore meo. Heydelbergenses in Confor. Coenæ, & Calvin. sæpe.

61. Hoc est corpus meum in coelo positum, tam distitum à pane, & à vobis quam cœlum à terra. Calvinus in Heshusium, & Beza in 1. decla. Pissiaci habita, atque alibi.

62. Hic est canalis spiritus sancti, per quem quicquid est Christus, ad nos descendit. Calvin. lib. 4. Institut. cap. 17. num. 12.

63. Hic est canalis corporis mei. Bucerus in epistola ad Episcopū Erphordensem.

Hæc

64. Hæc caro est canalis vitæ. Cal-  
uin. lib. 4. Institut. cap. 17. num. 9. & in  
cap. 6. Ioan.

65. Hic panis est instrumētum, quo  
Christus nobis suum corpus distribu-  
it, Calvinus lib. de cœna.

66. Hæc est virtus & gratia spirita-  
lis mea. Calvinus in cap. 26. Matth.  
Pauperes semper habebitis vobiscū.

67. Hoc est abstractum quid à sub-  
stantia corporis mei. Calvinus in ra-  
tione ineundæ concordæ.

68. Hic panis est corpus meum, Sa-  
cramentali locutione & coniunctio-  
ne per Metonymiam signi & signati,  
Calvinus & Beza in Heshusium.

69. Hic panis est symbolum defluē-  
tis qualitatis alicuius, & virtutis à cor-  
pore meo, quæ in cœna per fidem ex-  
tra panem recipitur. Eò recidunt om-  
nes Calvinistæ, Catholicorum argu-  
mentis oppressi. Liber anonymus,  
sub p̄sona veri Catholici æditus, 1572.

70. Hoc est corpus meum, visibile  
sacramētum corporis inuisibilis, seu  
hæc est visibilis species panis, Sacra-  
mentum inuisibilis corporis, tanquā  
ex

ex magistro sententiarum, citat falso libellus ille anonymus.

71. Hoc est verissimū corpus Christi, & verba sonant Caluini, libr. 4. de Institut. cap. 17. nume. 3. & in ca. 11. prioris ad Corinth.

72. Hoc est corpus meum ibi, vbi est panis, Caluinus lib. 4. Institut. cap. 17. num. 10.

73. Hoc est symbolum, quo vera corporis mei communicatio exhibetur fidelibus. Bucerus ad amicū quendam, Bulling. in cap. 10. 1. ad Corinth. Caluinus lib. de cœna, & confessione cum Tigurinis.

74. Hoc symbolū est & restificatio quæ spiritales gratias figurat, Caluinus in Catechismo.

75. Est obsignatio seu confirmatio gratiæ iam receptæ, Caluinus lib. 4. Institut. cap. 14.

76. In hac cœna quatenus est cælestis actio, & non quatenus est externa & terrestris, est corpus meum. Caluinus in Heshusium, Heydelberg. in cōform. & Beza in Apolog. ad examen doctrinæ Calvinianæ de cœna.

D

Hoc

77. Hoc est symbolum promissiōis  
meæ de carne mea. Calvin. in ratione  
ineundæ concordæ.

78. Hæc est substātia corporis cum  
gratia, energia & efficacia inseparabi-  
li. Vt energistæ dicti, apud vnicorniū  
in iudicium Melancht.

79. Hæc est communicatio vel par-  
ticipatio corporis, quasi per Aposto-  
lum sermo Christi explicetur. Beza  
contra Heshusium.

80. Hæc vnio cū tota persona Chri-  
sti, vt corpus significet, quidquid est  
Christus. Beza in solutione 17. contra  
Illyricum.

81. Adest corpus meum spiritali p-  
sentia & participatione. Calvinus li.  
4. Institut. cap. 17. & in cap. quarto ad  
Ephesios.

82. Hoc est corpus meum sine diui-  
nitate & sanguine, post Nestorium o-  
mnes nostræ ætatis negantes, conco-  
mitantiam naturarum in sacramen-  
to: ne admittāt communionem sub  
vna specie, & adorationem in sacra-  
mento. Calui. lib. 4. Insti. ca. 17. nu. 37.

83. Hoc est corpus meum sub ratio-  
ne

SACRAMENTARIORVM. 51

ne immolationis, siue, hæc est cōmunicatio passiōis & immolatiōis meæ: Carol. Molinæus in Annota. ad suam Harmoniam.

84. Nihil interest, siue sit corpus, siue non sit: nam nō est articulus fidei, nec de eo est digladiandum. Citat de quibusdam Lutherus in Confessione Eucharistiæ, eo que inclinat Melancthon, & via prona ad Alcoranum, ait Staphylus de Lutheranorum concordia.

85. Sacramentale & mortuum, vita que destitutum funus & cadauer, qd' Testamento propriè cōuenit: viuum enim corpus in cœlis est, in coena uerò Sacramentale & mortuum. Ioannes Campanus Maef. Eykens. libello ad R. D. Vvilhelmum Lindanum Episcopum an. 74 examinis causa misso.

Haftenus igitur variæ istæ atq; pugnantes, ideoque falsæ de illis diuinis Christi Domini uerbis: Hoc est corpus meum, istorum nouorum magistrorum sententiæ.

AD LECTOREM CHRISTIANUM  
*Præfatiuncula de Concordia hæreticorum  
 istius tempestatis, cum Christomachis,  
 Iudæis, & Turcis Mahometanis.*

I. **C**UM in vno S. Scripturæ capitulo iam tractato, ita varias pariant hæretici mundo sententias, ecquid mirum, si in pluribus fidei Christianę dogmatibus à Catholicis dissentientes, ad Iudæos, Christomachos & Turcas bis impios, parare videantur transfugium? Nunc enim in Mahumetismum videntur plerique ipsorum indies magis propendere, quo Sathanas Christum Ihesum ex Occidente nititur profligare, atque ex Christianis Euangelij prætextu facere Turcas Mahumetistas: quorum perfidiam nõ pauci Calvinistæ mente atque moribus æmulati, nunc cum eis circumcisi profiteri audent. Iudaismum per Euangelicos non exiguis partibus esse prætextu Euangelij inuectum, nunc paucis exponemus.

2. Non esse in S. Trinitate personas tres,

tres, sed vt Deum vnum, ita & personam vnā illi blaterant. Idem Seruetus lib. 3. de Trinitate. Iesum Nazarenum non esse verum illum Prophetā Messiam & Emanuelem promissum, Iudæi suæ impietatis habent fundamentum: quod & suis persuadere conatus est David Georgius, vt aiunt Basiliē. in eius vita. Se enim esse verū illū tertium Dauidē promissum, & alia blasphemia dudum commemorata.

3. Christum nō esse personā aliā à patre Iudæi credunt: sic & Illyricus, & Seruetus, λόγον, verbum apud Ioannē Euangelistam negant significare personam à patre aliam, vt Staphylus ait, eaque de causa Matthiam Illyricū fuisse condemnatum ab Academia Vvittemberg. Similiter & Philippus Melanchthon de eodem testatur, Epistola ad Superintendentes Saxo. Anno LVII.

4 Christū non esse verū & naturam deum Iudæi aiunt, vt & Seruetus, Svuēc feldius, Adam Pastoris, & Euangelici alij Sabbatarij, non rectè de Christi diuinitate sentientes, teste Staphylo de Sect.

5. Usuras esse licitas Iudæi non solum sentiunt, sed tota ipsorum vita, quæ ex eis constat, loquitur, quibus omnes ferè mundi totius nationes exhauriunt.

6. Has etiam Euangelij prætextualitas docet Bucerus in Matthæum commentario, & Molinæus de eo quod interest. Imò Lutheri mandato sese usuras exercere dicitur ille N. Pastor ad Hiæravadam, ait querela Lutheri pridem in lucem edita.

7. Matrimonium secundum Mosaiacas leges in affinitatibus colunt Iudæi: sic & Melanchthon locis communibus. Anno 52. vult seruandas Moyfi leges, non Ecclesiæ Canones.

8. Matrimonium propter adulterium dissolunt Iudæi: ita vt liceat aliam ducere: Sic & Euangelici eadem de causa dissolendum docent, ita vt personæ innocenti liceat alteri nubere. Melanchth. Locis communibus, anno 52. & examine Ordinandorum. Vnde & factum legimus, vt quidam intra semiannum tres duxerit uxores, quod secundum Euangelium du-



as p̄barat adulteras, Caluino iudice.

9. Leges iudiciales & forenses secū-  
dum Moysen seruant Iudæi: sic & Ca-  
rolstadius leges iudiciales Mosaicas  
volebat seruandas, ait Melanch. Apo-  
logia Augustana in articulū 16. Rur-  
sus libro Chron. 3. non volebat vide-  
ri prorsus abolere leges, sed conten-  
debat oportere iudicia exerceri iux-  
ta forenses leges Moyfi.

10. Scripturarum Canonem habēt  
suum Iudæi à Christianis diuersum: I-  
taq; Euangelici Iudæos sequi malūt,  
quam Christianos in reijciendis à Ca-  
none, vti Machabæorum, & Ecclesia-  
sticum. Hos enim reijciunt cum Iudæ-  
is Euangelici. Sic & in suscipiendis li-  
bris sacris Iudæos imitantur, vti duos  
libros posteriores Esdræ Bullingerus  
contendit esse Canonicos contra Ca-  
tholicæ Christi Ecclesiæ decreta. Rur-  
sus loca scripturarum malunt Euan-  
gelici cum Iudæis contra Christum,  
aut sacrosanctam Trinitatem peruer-  
tere, vti Oecolampadius cum Aquila  
illud Esa. 7. Ecce iuuenula concipiet.  
Sic Calvinus testimonia de p̄sonarū

Trinitate, & Christi diuinitate, ab omnibus Christianis interpretibus sic intellecta, veluti Iudæorum Patronū agens extenuat, ait Heshufius de erroribus Caluini in fine suæ Confess. de Eucharistia.

11. Iudæi in Christi Domini ludibriū, Sacramenta appellant Sekertminit, quasi falsasigna: Sic & Carolstadius Sacramētum altaris appellitabat Sekerment, cum Iudæis nos illudens, neque enim duo, neque septem Sacramenta nouit: vti eius olim discipulus testatur Eras. Alberus, libr. 2. contra Carolstad.

12. Iudæi statim à resipiscencia, atque à dolore de peccato, aiunt remissum peccatum, nullam agentes pœnitentiam, neq; confitentes, ait Postellus: sic & hodie passim omnes Euangelici, pœnitentia quæ est in ieiunio, fletu, & planctu explosa: Confessione, quam Christus & Apostoli tradiderunt Ecclesiæ, irrita atque exturbata, nullis suis animorum vulneribus adhibent remedium salutare, quod verè sanet Sed quæ nunc diximus, fidei caui.

capita contingunt. Quod si & cære-  
monias cogites, videas Euangelicos  
plusquam semi Iudæos.

13. Ad Christi mentionem non infle-  
ctunt genua Iudæi, ait D. Hieronym.  
lib. 3. in Esaiam, sic & Euangelici pias  
tollunt venerationes & reuerentię cę-  
remonias, nolentes ad Christi nomē  
genua inflecti, aut caput aperiri. Ta-  
met si Lutherus laudet probetq; , lib.  
de Concilijs.

14. Nomen Iesu execrantur Iudæi, fœ-  
dis nominibus eum & sanctam virgi-  
nem matrem blasphemantes: ita &  
per Frisiam nomen Iesu, quod Chri-  
stiani vel admirantes, vel imprecan-  
tes vsurpare solemus, illi præposterè  
sua superstitione in Ieni quibusdam  
videntur corrupisse, ne in vanum ho-  
mines verè superstitiosi, tam sacrum,  
nomen videantur sumpsisse.

15. Eodē planè errore nec salutati ī dei  
noīe resalutant, sed mutatis Christia-  
nis salutandi, & impcādi formulis, in  
Dei aut Iesu nomine vsitatis, illi red-  
dunt, Bona dies: pro, Deus rependat,  
illi, habeo gratiam: Taceo maledicta,  
D s                      quæ

quæ plus quàm Iudaica in virginem matrē miseri euomunt Anabaptistæ.

*Crucis signū  
exhorrent.*

16. Crucis signum vt maledictū & anathema fugiunt Iudæi, nec in fronte pingere volunt. Ita & Euāgelici crucis figuram multis in locis abolēt, & tanquam maledictum in fronte ferre aut pingere horrent, adeò vt Luther⁹ ipse festum crucis tanquā semiudæus anathemate damnauerit festa S. Crucis, inquit li. de Missandi formula, an. 24. anathema sunt. Brētius verò cum aliis quibusdā impijs, Catholicos ob pias S. Crucis cæremonias sacrilegæ Magiæ accusare non veretur, atq; plus quam Iudaicæ, pias Ecclesiæ cæremonias & consecrationes, quæ teste D. August. non sine cruce conficiuntur, exagitat, subsannat, exhibilat.

*Festum S. crucis  
Luthero  
est anathema*

*Imagines.*

17. Imagines Iudæi non ferunt, vt nec Zuingliani, siue Calviniani, quē admodum synagoga Geneuæ loquitur, nullam omninò habens Turcico more vllius rei imaginem.

*Sabbatizantes*

18 Sabbatizantes etiā hodie Iudeos videas, quos Euangelicorū quidam imitati, cū Iudæis sabbata colunt, ait  
Sta.

Staphil. in Apol. Docuit. n. Carolstad.  
nullū festum præter Sabbathū colen-  
dum, Eras. Alberus contra Carolst.

19. Messiam nō venisse aiunt Iudæi, *Messie ad-  
uentus.*  
suū Antichristū expectantes: sic & Bu-  
cerus sub mortē Iesum Nazarenū di-  
xit non esse illū Saluatorem, quē De-  
us p̄misit patribus, vti superius in Bu-  
cerianis dixim⁹ fusi⁹. David Georgi⁹  
quoq; negabat Messia nostrū Iesum  
Nazarenum esse illū ad eō magnificē  
promissū, verumq; mundi saluatorē.

20. Finem mundi futurū aiunt Iu- *Finis mundi.*  
dæi secundū Eliæ prophetiā inter an-  
nos 500. i. sexto millenario. Sic Luth.  
& Melanchthon suis in Chronicis, q̄  
Carionis noīe edidisse Melancthonē  
ait Luth. præfat. sui Chronic. Germ.

21. Porrò ne quid Iudæis saluū relin- *Circuncisio.*  
quant Evangelici, inter eos etiam est  
reperire, qui circuncisionem carnis  
reuocent, vnde & circuncisos quosdā  
narrat Hosius.

22. His nō ab similes sūt, qui manna *Manna ij.  
Cap. 7.  
Concordia E-  
uangelicorū  
cum Mahu-  
metanis.*  
in coen. do. sese edere affirmāt, ne qd à  
Iudæis variēt. Nūc ad Mahumetismū  
orationē cōuertamus, vndè p̄spicuū  
fiat, quan-

quantū ferè non minima Germaniæ  
 pars per Euangelicos à Christianismo  
 degenerarit, ac quàm ferè vicino, im-  
 mò inhianti hosti Turcarū Imperato-  
 ri, Mahumetis alumno, iam nunc ser-  
 uire cœperit. Quàm enim fidelem hu-  
 ic seruituti omnium miserrimæ, quæ  
 & captiuitatem Babylonicam pluri-  
 mis vincat partibus, nauarit operam  
 Lutherus, vel eo solo agnoscas, qui  
 in ortu sui Euangelij magna conten-  
 tione docebat Turcis non esse resistē-  
 dum, non esse tributa pendenda, nec  
 collectas faciendas ad inferendū Tur-  
 cæ bellum. Hanc seruitutis Turcicæ  
 originem, vide nunc quæso, quo pa-  
 cto Euangelici in Christianos à vero  
 Christi Euangelio seductos deriuar-  
 rint, vt quos nondum potuere Tyran-  
 nico Turcæ imperio subiugare ser-  
 uos, saltem Mahumetis Alcorano te-  
 cere discipulos. Qui enim in Mahu-  
 metis lege siue disciplina, quam Al-  
 coran, quasi lectionem superbissimo  
 appellauit nomine, haud sanè humi-  
 lius, quàm Euangelici sua huma-  
 na figmenta Euangelium, Denique  
 ver.

*Quam Turcis  
 fauerit Lu-  
 therus in iio  
 pseudeuāgelij  
 affert talem  
 24. li. contra  
 duo edita Cæ-  
 saris, de pote-  
 sta. seculari.*

verbum, sunt versati testatur, eodem  
 planè exordio Mahumetum Christi-  
 anos ad defectionem à Christi religi-  
 one sollicitasse & indixisse, quo Luthe-  
 rus nunc Germaniam, & Calvinistæ  
 Galliam: vt eundem illum imposto-  
 rem vtrobiq; agnoscas spiritum,  
 quem Paulus rectè depingit esse τ' α-  
 γατασίας & dissensionis Deū, quòd  
 hæreses primum, deinde ex concor-  
 dibus facit discordes, dissentientes,  
 tumultuantes, rebelles, bello deniq;  
 intestino Ecclesiam Dei diuexantes,  
 dilacerantes, euertentes.

*Exordium Luth-  
 eri quale  
 Mahumetis.*

*1. Corin. 14.*

Verum hic prolixior foret Catalo-  
 gus, qui omnia exponat, quæ Luthe-  
 ro, alijsq; Euangelicis Pseudopro-  
 phetis, cum Mahumeto Pseudopro-  
 pheta sunt communia. Nos hic breui-  
 tatis causa illa tantum narrabimus,  
 quæ inter hos infestissimos Christia-  
 næ Ecclesiæ hostes, sunt aut in religio-  
 nis nouatione, aut rituum mutatio-  
 ne communia. Deinde quæ Euange-  
 lici adferunt magis impia, etiam in  
 Deū Christumq; eius magis blasphe-  
 ma, quam quæ Mahum.

Vt

*Bibliorū cor-  
ruptio.*

*Arrogantia  
Mahumeti,  
qua se spiritū  
S. iactabat, et  
veteres Ec-  
cles. Catholi-  
ca PP. con-  
temnebat.*

*Ser. de de-  
stru. Ierosol.*

1. Vt enim Mahumetus sibi autho-  
ritatem aliquam in ijs, quæ molieba-  
tur, conciliaret, sese vnam legem & E-  
uangelium tenere aiebat, se primum  
vidisse, quæ rectè docenda & emen-  
danda in vtroq; testamento videren-  
tur, vnde & nouum Testa. mutilauit,  
quum sese Spiritum sanctum exēplo  
Simonis, Menandri & Manis, ait Po-  
stellus de concordia Alcorani, & Euā-  
gelij, iactare non dubitaret: an non &  
Lutherus Biblia corrupit: seq; vnum  
iactauit legem tenere & Euāgelium?  
qui Germaniam aiebat ante se nun-  
quam verum audiisse Euangeliū, &  
nunc Euangelici illius superbiā imita-  
ti, qui Patres omnes veteres arguunt  
inscitie, affirmantes Lutherum fuisse  
doctiorem omnibus Ecclesiæ docto-  
ribus, quotquot post Apostolorum  
tempora extitere. Scribit ipsemet Lu-  
therus libro de concilijs, se in cōmen-  
tarijs Ambrosij, Hieronymi, Augusti-  
ni, aliorumq; veterum Patrum, car-  
bones pro thesauro reperisse. Item li-  
bro contra Regem Angliæ, sese nec  
Patrum, nec Conciliorum morari di-  
cta.



ta. Rursus an non & simili modo, vti ante demonstrauius, Lutherus suum corripit 19. locis Nouum Testamentum: Esse quoque se tertium Eliam, atque Christi Euangelistam, Oslander se esse alterum Enoch, & illud Flandricum anathema David Georgius, verum Christum sese iactitabat.

2. Verum vt illius Alcoranum mox peperit sectas LXX. ita & nos ad LXX & amplius Euangelicorum recensuimus sectas.

*Ex Luthero, vti & ex Alcorano nate secte LXX.*

3. Cæterum, ne quem ferret iudicem suæ abominandæ doctrinæ Mahometus, voluit secundum legem diuinam esse iudicandum, hoc est, secundum sua scripta, quæ ex vtroque Testamento consarcinarat, & à genuino sensu detorserat deprauata. Ideoque vetat frequentissimè, ne Iudices patiantur Mahometai Iudæos aut Christianos. An non etiam hoc supercilium, & in Euangelicis agnosceas, qui nullum ferunt suæ doctrinæ iudicem alium, quàm suæ sectæ Patres fuisse homines, dogmata deprauasse, à vero declinasse, con-

*Index controuersiarum lex Dei.*

concilia errasse. Denique vnum Dei verbum, scripturam sacram se iudicē facere, imò à Patribus, quod diffiteri nequeunt, Catholicis cōcorditer sentire & docere, ad Christū iudicē viuorum & mortuorū appellare, vti Brennius in 2. Pericope. Iam si moderatiōes etiam Scripturam admittant Iudicem: eam non nisi Lutheri, aut alterius versione deprauatam, & adulteratam admittunt. Et cum tota de sensu scripturæ sit controuersia, omnem alium malunt admittere, quam eum, quem totus hæctenus obtinuit, cōcorditerque coluit Orbis Christianus.

4. Porrò vbi Mahumetus sensit, suas placere populo, quas fecisset fabulas, illis iactis ad omnem impietatem fundamentis, progreditur, & ad impias vitæ instituendæ rationes peruertendas: quod longè omnium, plebeculæ sciebat fore gratissimum.

*Quadragesima sublata per Mahometum & Lutherum.*

Quadragesimam enim, Apostolorum traditiōe toto orbe ante Pascha obseruatissimam abrogat, ac in quadragesimam vnius lunæ, quæ quouis anni

anni tempore obueniret, transmutat. Lutherus verò suam Euangelicis prædicans libertatem, cum seruus esset, vti D. Petrus de similibus diaboli mancipijs ait, perditionis, libera voluit esse, non modo totius anni ieiunia: sed & quadragesimam ipsam, omniumque ciborum vsum quouis tempore liberum, ne vllam ferret hic Apostolorum, aut Conciliorum legem.

5. Dies festos Mahumetum nouas *Festa mutata* festis inde liquet, quod & Dominicam ausus est in diem Veneris commutare. Hunc quam imitentur Euangelici, docent festi SS. dies maxima ex parte ab eis abrogati. Narrat Erasmus Alberus Carolstadiū festa omnia abrogasse, nec vllum festum præter Sabbathum docuisse colendum. Equidē die Assumptionis D. Virginis meminisse me per Germaniam videre populū prophanis suis manū operibus publice deditum, vt alibi Carolstadiani, die Nathali Domini. Cæterum quanto perè cupiat diem Dominicum Paschæ immutatum, Lutherus docet

E libro

libro de Concilijs.

*Imagines ab-  
olite. Eras.  
Alberus con-  
tra Carolst.*

6. Sed à SS. festis ad SS. imagines, fi-  
cuti est facilis progressus, ita vti Ma-  
homet<sup>9</sup> sacras imagines deleuit, quo  
Iudæos sibi conciliaret, abolendo su-  
orum Mechenſium ciuium idola, Al-  
let & Tagot: Ita Euangēlici, in primis  
Sacramentarij, Carolstadius, Calui-  
nus, &c. omnes omnium Diuorum,  
etiā Christi Domini Crucifixi abolēt  
imagines, Lutherani verò vnam aut  
alteram seruandam volūt, vti Vvittē-  
bergæ serpētis à Mose de furca suspēsi  
& crucifixi. Item Baptismi & Coenæ.

*Sanctorū cul-  
tus & inuo-  
catio, cur à  
Mahumeta  
sublata.*

7. Mahumetus, vt omnia innouaret,  
Dei vnus prētexebat cultū. Itaq; Ma-  
riam à Christianis pro Deo haberi ca-  
lumniabatur, vnde & Mariæ, omniū-  
que sanctorum Christi Martyrum cul-  
tum omnem abrogauit. An nō & Lu-  
therus, alijq; ad vnum omnes Euāge-  
lici, ideò sanctos colendos, aut orati-  
one inuocandos negant, quod hoc  
fit idololatricum? quod eos facimus  
deos? quod noua colimus numina? sa-  
nè sic ad verbum Apologia Confess.  
Augustanæ, Catholicos disertè ca-  
lum.

lumniatur, sed imperitissimè.

8. Rursus vt Mahumetani suos pro  
sanctis colunt: eorum enim habent  
memorias, & loca religiosa, quæ pere-  
grinationis ergo frequentissimi visi-  
tant: ita & Euangelici suorū Christi-  
mastygum colligunt Martyrologia,  
Loffius, Caluinus, Adrianus, Hamste-  
dius atq; Foxus, colitur diario sancto  
rū Lutheri ascriptus Io. Hussius Pra-  
gens. & Vviclesus, ait Postellus. Imò  
& Lutheri effigiē nuper admodum  
vidi S. Martini elogio decoratā: vnde  
& quidam eum Diuum scribere non  
dubitauit, quem nūc Sathan sub Lu-  
ciferi sella detinet catenatum, expe-  
ctans quam afficiet pœna, quā non  
ante accipiet definitam (quod ipse de  
Arrio testatur Augustinum scribere)  
quam eius error, quo orbem cōtami-  
nauit, finē inuenerit. Zuingliani suū  
colūt martyrem Zuingliū, Anabapti-  
stæ Muntzerū, & Io Sartorē Leyden.

9. Iam si Christi sacramēta cogites,  
vide quā Euangelici planè facti sint  
Muhumetani, ille enim Baptismum  
contempsit, ceu inutilem: Caluinus,

*Novi sancti  
pro veris an-  
tiquis cultis.*

*Lutherus S.  
& D. Marti-  
ni elogio hono-  
ratur & co-  
litur.*

*Lutheri pœ-  
na nondum  
tota defuita.*

*Eras. Alber.  
lib. 2. contra  
Carolstad.*

*Baptismus  
non esse ne-  
cessarium.*

Svencfeldius, alijque plurimi docēt baptismum nō esse necessarium. Por-  
rò quod sit facilius rerum non neces-  
sariarum contemptus, quam negligē-  
tia, res ipsa nunc loquitur: quod pluri-  
mi Baptismo non vtantur tanquam  
non necessariò.

*Vsus Sacra-  
mentorum,  
vide Barth.  
Hungarum  
de Turcarum  
ritibus.*

10. Mahumetani non circuncidūt,  
nisi loquendi ac rationis vsu prædi-  
tos, id est, septem aut octo annorum.  
Idem de baptisimi tempore & Adria-  
nus Haemstedius suadere conabatur,  
& Anabaptistæ suis probant exem-  
plis.

*Matrimonia.*

11. Matrimonia item contrahunt si-  
ne iuramentis. Calvinus matrimoni-  
um negat esse clandestinū, cuius mo-  
do scriptæ sint tabulæ, Epistola ad Pe-  
trum Danthenum, ex sententia Col-  
legarum.

*Infœcunditas  
dissoluit ma-  
trimonium  
apud Turcas.*

12. Apud Mahumetanos diuorti-  
um faciunt improbi mores, infœcun-  
ditas, ait Bartholomæus Hunga-  
rus: An non & apud Euangelicos si-  
milia reperire est exempla mini-  
mè obscura? Oecolampadium priore  
deserta duxisse alteram, illa frustra, li-  
cet

cet publicè occlamante, suum illum esse maritum, oculati testes affirmāt.

Nota est toto orbe illa memorabilis Anglici diuortij historia, quæ infœlicissimam vt Ecclesiæ Christi peperit tragœdiam: ita regno perniciem deploratissimam.

13. Poligamiam suis prædicasse Ma *Polygamia.* humetum, extra controuersiam est, eandem suis commendasse Bucerum testatur Vintonien. & exempla Lutheranorum per Poloniam extāt plurima. De Anabaptistarum Polygamia nihil superest scrupuli: cum Heterus tredecim duxerit vxores.

Quid non eam Bucerus quoque collaudaret, qui ignorare non potuit orbi toti notissimam illam Lutheri, quam dicūt dispensationem, qua suffragante Ioanne Oldendorpio, vtiferunt, cum alijs plurimis, tum magni cuiusdam nominis V.P. permisit, vt priore coniuge superstite, alteram duceret vxorem.

Sanè extant hodie (inquit Staphylus in Apologia) Lutheri & Melancthonis epistolæ, & consilia, per literas

teras data, quibus illi apertè permittunt, fasque, iusque esse pronunciant, maritum vnum duas legitimas uxores habere.

Possent etiã exempla aliquot, quæ cum horum Prophetarum doctrina pulchrè concinant, & ab iisdem Prophetis approbata sunt, reipsa proferri, & vel digitis demonstrari.

*Christi mors  
negata, lib cõ  
tra Libertin.*

14. Porrò ne quid desideres in Evangelicis Mahumeticum, sunt inter eos, teste Caluino, qui Christum negant in cruce obiisse, sed tantum opinatione, cuius sententiæ duos fuisse Valentianæ affectos extremo supplicio, ait libro contra Libertinos.

**Cap. 3.**

*Impietate dogmatum Euãgelici vincit Mahumetum*

1. Quod si molestū non erit, paucis cõmemorabimus ea, quibus lōgè magis impios videas Eccles. Cath. hostes quàm Mahumetanos, quos Turcas dicimus. Mahumetus quò suis piam in speciem commendaret vitam, negabat aliena cuidam prodesse opera, vt sic à sanctorum & Christi meritis suos auocaret, proprijs cum Pelagio & Zuinglio nixos operibus. Lutherus verò non modo sanctorum negat opera

*Opera bona  
laudat Mahu  
metus.*



pera alijs vtilia, sed nostra propria omnia facit peccata, vt vt fiant à spiritu sancto piorum corda inhabitante.

2. Eucharistiam Mahumetus non aboleuit, sed in Deum authorem re- tulit, etsi enim negaret esse in recor- dationem mortis Domini, quem bla sphemat non crucifixum, nec mortu um: tamen tantam in ea esse vim, ait cap. 4. Alcorani, vt confirmetur in fi de & bonis operibus, quotquot de eo gustant, & sine remedio quoq, esse dā natos, qui postquam de eo comede- runt, impij sunt facti.

*Eucharistiā  
reuerēter ha-  
bet Mahume  
metus.*

Hic si cogites Aduersariorū doctri nam, agnosces hos illo multò magis impios: an enim aliud, q̄ panem pisto riū sese Calvinistæ accipere, aut Chri stū Apostolis dedisse credunt? Aut si cum Luthero credūt se Christum cū pane accipere, non tamē adorant, dū illic prēsente volūt: quasi deus esse de sinat, vbi in Eucharistia p̄sens creditur magis q̄ in coelo. An nō canibus S. Eu charistiā obiectā in Anglia Io. Foxus refert? An nō pedibus conculcatā me minimus Tornaci anno 56. & an. su-

*Quid efficiat  
Eucharistia  
dignè accepta  
aut indignè,  
iudicio Ma-  
humeti.*

*Gottes moer-  
der.*

*Eraf. Alber.  
lib 2. contra  
Carolstad.*

riore Parisijs? Adhæc Auerrois Chri-  
stianos dicebat impios, quod Christū  
Deum suum ederent: Sed Carolstadi-  
us nos appellat *θεόκτονας* Deicidas, qđ  
Dei filium deuorare volumus, ô cœ-  
lum, ô terra.

*Sacros ordi-  
nes quousque  
seruarit Ma-  
humetus.*

*Mupthij, Ca-  
dij, & Tali-  
meami.*

3. Ordines sacros, etsi Mahumetus  
sustulit, nō tamen eō insanie blasphemæ  
proruit, vt eos cum Luthero di-  
ceret è diabolo prodijisse, Captiuit. Ba-  
bylo. & alias sæpè, vt ait Postellus. V-  
terque initiationem reiecit: sed ille  
certi generis homines religiosos, qui  
concionantur, aut de iure ex Alcora-  
no respondent Mupthois, Cadios &  
Talimeānos sacrorum curam habere  
voluit. Lutherus verò nec fœminas  
ab Euangelij ministerio, imò à pecca-  
torum absolutione submouit, nedū  
vilissimos cerdones, pelliones, vespil-  
lones, lenones. Quid, quod ne carnifi-  
ces quidem Calvinistæ suo ministe-  
rio censent indignos.

*Liberum ar-  
bitrium ma-  
gis ab Euan-  
gelicis, quam  
Mahumeto  
reiectum.*

4. Cæterum, vt tandem finem faci-  
am concordiaē cum Mahumeto, Lu-  
theri & Euangelicorum, illud postre-  
mo est considerandum, vtrosque ex

codem impietatis fonte suos eructasse, expuisse, euomuisse errores, qui liberum hominibus tolleret arbitriū, quanquam Mahumetus hac in parte à Luthero & Euangelicis vincatur, tam Lutheranis, quàm Zuinglianis: quod ille hac in doctrina reperiatur varius & inconstans: hi verò conceptum semel venenum, insana obtinēt pertinacia. Nullum enim liberi arbitrij vsum esse docent puri puti Lutherani, & Calvinistæ: Sed qui vel maxime sapere videri volunt, certè in diuinis rebus & religionis negotio pernegant.

Denique ne quid desit Euangelicis Mahumeticum, sunt inter eos qui, teste Postello, inter ipsos diu conuersato, non satis habent duplo baptisma te quotidie more Mahumetico intingi. Collige nunc, mi Dubitanti capita, quibus Lutherus & Euangelici Mahumetum aut imitantur, aut superant, agnoscis præter S. Euchariſtiam, Ordines sacros, Bona opera, liberum arbitrium, quatuordecim adhuc ferè capita, cum Alcorano cōmunia, quæ

*Baptismo quotidiano viuuntur plus Euangelici quam Mahumetani*

ad omnem semel impietatem iã adaperuisse videntur ostium.

## Cap. 9.

*Dub.* Cum Euãgelicorum quidam Sabbathum velint obseruandum, sũt ne qui diem Veneris cupiũt loco Dominicæ feriatam? quod aliquando de Caluino audire memini.

*Dies Domini  
cus per Euan-  
gelicos tenta-  
tus, quem Lu-  
therus cona-  
tur abolere,  
lib. de Conc.*

*Con.* Istud equidem non affirmarim. Multa enim incerto feruntur rumore. Certè nihil illo posset istis verè Christi osoribus suo Euangelio fingi congruentius, qui vt re ipsa Christum Ihesum Christianis tollunt, atque de mentibus eum, adeoque de ore, vti retinctis mos est, pro I E S V sonare Ieni, eripiũt: ita & Dominicæ diei triumphũ, quo de diabolo, inferno, peccato, & morte triumphauit, mirum cur cum Mahumeto non aboleant. Sunt tamen Sabbatharij, qui an cum Sabbatho & Dominicam colant, incertum habeo.

*Luth festum  
Paschæ vult  
referendũ in-  
ter festa im-  
mobilia, Ec-  
clesia Christi,  
& PP. Conc.  
Luthero in  
dixant.*

Sanè huic fabulæ præludium diabolus studuit per Lutherum edere. Nam libro de Concilijs, Principibus persuadere conatur, festum Paschæ esse

esse inter immobilia festa computandum, vt in quemuis diem incidere queat, sicuti dies Natalis, Purificationis, & Apostolorum. Iudaizare enim, & nimis superstitiosè agere, Ecclesiam & PP. Nicænos ait, quòd post plenilunium Martij, diem Paschatis in diem Solis collocarunt. Quod si ex Lutheri sententia fiat, iam Apostolica perierit traditio, qua post Sabbathum Dominicam voluere colendam Resurrectionem. Ab hac Iudaiica prophanatione non abludit, quod Protestantium quidam carniū inopia adacti, aliquot dies coguntur à carnibus abstinere, quod Catholicorum odio malle feruntur die Dominico, quàm alia quauis Hebdomadis feria.

Fortassis illius magni Antichristi opus futurum est, vt dies Dominica semel aboleatur. Quid enim illi suo mancipio peculiariter relinqueret moliendum & innouandum Sathan, si nunc diem Dominicam ubique mutaret? Omnia enim Christi domini beneficia diabolus p̄ electa sua  
isthęc

isthæc Euangelicorum organa Luth-  
rum & Calvinum, aliosq; non modo  
seductis illis Christi ouiculis fecit in-  
utilia, imò venenato suo toxico pesti-  
fera: sed ipsum adeò Christum (si fieri  
posset) Christianorum semel euulsi-  
t cordibus, ore nunc passim exclusit, a-  
deoq; suo deturbauit cælesti throno.

*DISSVASORIA SE QUITVR*  
*Epistola ad N. Calvinistam, ne Sacramē-*  
*tarijs fidem diutiùs habeat, sed à Cal-*  
*uinismo ad desertam dudum re-*  
*deat Catholicam Christi*  
*Iesu Ecclesiam.*

COG-